


M P V II

1 6 3 3

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI;  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILARIIL  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Gd. 22.  
Gd. 22.





*Mit der Bruse* 2

# ARMORVM SVECICORVM CONTINVATIO:

in quâ

BREVITER DESCRIPTVNTVR OMNIA EA,  
qua à Serenissimo & Potentissimo Rege Sueciae Gustavo Adol-  
pho, & alijs Principibus Protestantibus Confœderatis,  
post pugnam Lipsensem, in Imperio Romano me-  
moratu digna gesta sunt.



Sumptibus Friderici Hulsi,  
Bibliopolæ Francofurtensis.  
ANNO M DC XXXII.

INVOCAT

OR

ANALYTIC

OF THE

PROBLEMS

IN

THE

ARTS

AND

SCIENCES

BY

JOHN

DE

LEONARD





3

# ARMORVM SVECI CORVM CONTINVATIO.

**D**OCT pugnam, & memorabilem Victoriam Lipsensem, An. 1631.  
Serenissimus & Potentissimus Rex Sueciae GUSTA- Post pugnam  
VVS ADOLPHVS, Germanicæ libertatis Vindex Lipsensem  
acerrimus, non tantum Elektoratum Saxoniae hostelibe- que gesta  
rauit; sed, vt proxima quæque Victoria instrumentum fuit à Rege  
sequentis est, Heribopolin, Franciæ Orientalis Metropolin, & totum  
illum Franconiaæ circulum, ut & Mœnanum tractum, occupauit, &  
dominio suo subiecit: vt supra commemoratum est. Cum vero Ma-  
gistratus & Ciues Francofurtenses ad Mœnum Regi Sueciæ fidelita-  
tis iuramentum itidem praestitissent, Rex Sachsenhusij praesidium  
Suecicum reliquit, sub ductu Tribuni Vicedomini. Archiepisco- Moguntinum  
pus Moguntinus, cum parietem proximum belli flammis summope- Regi Sueciae  
re ardere videret, ad confluentem Mœni & Rheni, omnia obstacula traiectum  
obiciiebat, ne Rex cum exercitu Rhenum traiceret. Hispani tunc Rheni impa-  
Moguntiam, sedem Archiepiscopalem, valido 4000. milicium præ- dire cona-  
sidio tenebant. Antistes vero & Episcopus oues suas deserens, Co- tur.  
loniam fugiebat.

Rex Sueciæ Höchstæ commorabatur, vbi antè aliquot annos  
Christiani, Halberstadiensis Episcopi, copiæ à Cæsareanis fusæ fue-  
rant. In arce huius oppidi Rex Veibum Dei pure annunciari iussit.  
Exercitus Regis Cassellis propè Moguntiam ad Rhenum in castris e-

An. 1631. rāt, eam quē Vrbem multis tormentorum iūtibus quaſſabat. Hispani extrema quāque ſe potius ſubitūtis, quām Vrbem Regi tradituros, vaniſſimē iātitabant.

*Lādgrānius  
Haffia  
Rhēingauia  
occupat.* Illuſtriſſimus Princeps, Haſſia Landgrauius Gulielmus, Rhēingauiam, Falckenſteinum, & Reiffenburgo, in potefatam Regis Sueciæ facilē redegit. Königſteinio caſtro tantummodo adhuc præſidium Moguntinum inerat. Rhēingauienſes Ciues & incole ingeniti pecunia ſummā mulatabantur.

*Suecius  
exercitus  
Francofurtū  
ad Mænum  
transit.* Cūm veò certus rumor aduolafet, Tillium, Cæſarei & Bauarici exercitus ſummum Præfectum, Norinbergę Vrbis obſidionem trepidē ſoluiſſe; Rex Sueciæ, qui ſummiſ virib⁹ Norinbergę Vrb⁹ auxilio venire ſatagebat, aliud conſilium iniit. Moguntiam enim, vt facilius expugnaret, exercitum ſuum per pontem Francofurtanum traduxit, Gernſhemium ad Rhenum, Lobodunum, hodiè Ladenburgum, Benshemium, Heppenheim, Weinheim, Statkenburgum, & torum illum amœniſſimum Stratæ montanæ Tractum, nemine rēſiſtente, occupauit.

*Rex Sueciæ,  
cum exerci-  
tu Rhenum  
traicuit.* Ad 7. Decembris diem, Anni 1631. ſummo mane, 500. milites duabus nauibus impositos, Rhenum propè Stockſtadium traicere iuſſiſ. Naues ſubministrabat nauta quidam Nifteinenſis, quem Rex ſatis liberaliter donatum à ſe dimiſiſ. Hispani Equites Suecicos milites Rhenum traicentes, ſummo impetu adoriebantur: adeò vt Rex ipſe, qui ſuos in ſummo periculo verſari oculis cernebat, non pa- rum commoueretur. Sed pauci Sueci, aduersus multos Hispanos feſtenuē defendebant, donec plures laborantibus Sueciſ ſubuentent, & Hispani in turpem fugam coniicerentur. Post preces ad D E V M fuſas, Rex ipſe cum tormentis, & copiis ſuis, Rhenum hilati fronte traecit, & terrore nominis ſui omnia loca compleuit.

*Oppenhe-  
mum occu-  
parūt à Rege  
Suecia.* Die 17. Decembris Rex Hispanos Oppenhemio expulit, quo- tum multi à Suecicis militibus in arce inteffeti, cæteri ſalui ex Vibe dimiſiſi ſunt. Cūm hic rumor autes Lotharingicorum Wormatiæ verberaſſet, nolebant illi Suecicis cornua obuertere. Itaque cūm Dux eorum Oſſelandius à Ciuibus multam pecunia vim atrocibus minis extorſiſſet, Vrbem ſumma trepidatione deſeruit, & Fraticothium petiit. Antequam cum ſuis fugeret, puluerem in antrum quod. dam, prop̄ S. Andreæ templum, coniici iuſſiſ. Quā ex re multum- damni vicinis ædibus illatum fuit, cūm puluis incenderetur. Oppen- hemii Suecici multas naues inueniebant, ad pontem faciendum val- dē opportuas.

Post



## S V E C I C A.

5

Post hæc Rex Sueciae Moguntiam obsidione cinxit, & multis tormentorum globulis concusit. Hispani, cum ferro & aliis diffi-  
cultatibus vrgerentur, nec ullum subsidium foris aduenturum per-  
spicerent: vitam saluam pauci, Vrbem & se Regi dediderunt: à quo  
dissimili, cum duobus tormentis, aliisque suis impedimentis, ad Lutzenburgensem agrum usque à Sueciis deducti sunt.

Capti & deuicti Moguntiâ, cætera loca in circuitu facile in potestatem Regis deueniebant. Bingium, vt & Königsteinium, munitionissimum castrum, mox à Sue-icis sine labore occupatur. Hispani in inferiori Palatinatu Panico terrore percursi Altzeam, NeapolinNemetum, Luthram Cæsaream, & alia oppida sponte deseribant. In Hassiâ, Feldensi Abbatâ, & Paderbornensi territorio, Illustrissimus Princeps Landgravius Hassiæ Guilielmus, validum militem colligebat. Bacharacum, Cuba, Boppardium, à Rheingrauicis quibusdam occupata sunt, fugatis Hispanis. Moguntini Ciues deprædationem Virbis suæ pecunia multâ non exigua redimebant. Serenissimus Rex Sueciæ in arce degebat, vbi 26. Decembris, post habitam concessionem à Concionatore suo Aulico, cantiunculam illam usitatam canere iussit, Erhalt vns HErr bey deinem Wort/re. *Conserua nobis DEVS Verbum tuum, &c.* Hispani ipsi, antequam abirent, Moguntiam Vibem, exactionibus & populationibus suis miserè vexabant. Moguntiæ multi tunc Amplissimi Regum, Elektorum, Principumque Legati Regem Sueciæ salutabant: inter quos fuerunt præcipui. Legatus Christianissimi Regis Galliarum, Serenissimi Regis Magne Britannæ, Potentissimorum Statuum Confederati Belgij, Elektoris Coloniæ, ac Treuientis, Principis Palatini, Wolfgangi Guilielmi, Neoburgici; & Aliorum Principum ac Ordinum Imperij. Bonæ eorum Moguntinorum Ciuium, qui fugâ sibi consuluerunt, fisco tradita sunt: multa etiam aliis à Rege dono data. Steinhemium ad Steinheimiæ Hanouienf. Mœnum, cum adhærentibus villis, Generosis Comitibus Hanouienf. Comitis-ibus donatum est. Iis autem, qui remanserunt, & clementiam Regis Viatoris experiri maluerunt, nihil ablatum est.

*Multilegati  
Regis Sueciæ  
Moguntiæ  
salutant.*

Dic 6. Ianuarij. Anni 1632. Heidelbergenses præsidarij eruptionem fecerunt, sed à subditis Palatinis, qui se cum Suecicis coniunxerant, in Vibem, non sine iacturâ suorum, redire compulsi sunt. Interea Rex Sueciæ quosdam milites Mosellam versus alegauit, qui Barbanzonij Hispanos aduentantes exciperent. Friedburgum, Wetzflaria, Dieburgum, aliaque loca trans & cis Rhenum, à Sueciis

*Steinhemiiæ  
Hanouienf.  
Comitis-  
ibus donatur.*

cis,

## A R M A

An. 1632. cis occupata sunt, pulsis Hispanis & Cæsareanis. Francofurti ad Mœnum pro Rege Suecia publicè milites cateruatim conscribantur. Legatus Regis Galliarum satis contentus à Rege Suecia Moguntiæ dimissus est. Dum Rheingauientes milites Francothalium versus tenderent, in itinere Hispanos obuios quosdam profugarunt, ceperunt, & in fugam coniecerunt; Regi Suecia quinque Hispanorū vexilla tradiderunt. Inter eos, qui fugam attipiebant, non pauci à rusticis trucidati sunt.

*Mankemii  
castrum à  
Vinarieris-  
bus capitur.* Die 12. Ianuarii, 500. Vinarienses milites, munitissimum Inferioris Palatinatus castellum, ex improviso adorti, facile occuparunt, vigiles negligentes ultra 300. Hispanos interfecerunt: Germanis vittæ gratia facta est. Paullò antè castrorum Suecicorum Praefectus, Gustauus Hornius Heilbrunnam, Vrbem Imperialem, cepit, & Lotharingos obfessos tolerabilibus conditionibus dimisit. Maxima pars Gallorum Regi operam suam addixit. Gustauus Hornius ipse met per aliquot dies in Vrbe degerat, & factis concionibus in Festo Natalitio interfuerat. Cum omnia benè constituisset, inde discessit, satis valido præsidio ibi relieto, sub ductu Smidtbergii, cuius iustu vrbis muniri cœpit, multis hortis & ædibus ciuium solo æquatis. Tiliiani quidem Gemundæ Sueorum se se colligebant, ut Heilbrunnenfibus subuenirent. Sed cum vbius Hornius præueniret, re infœcta discesserant. VVürtzenbergensis Dux Cæsareanos etiam in suis ditionibus amplius tolerare solebat. Nisi Lotharingici se subito Heilbrunnæ dedidissent, mox funus fuissent. Iam enim, ipsi insciis, Pectardi inquinibus adnoti fuerant, & omnia ad inuasionem extremam parata. Francothalenses & Heilbrunneses à longinquo obfessi fuerant: proprius autem Braunenfelsenses. Interea Lotharingici in Comitatu Hanouensi, & Alsatiâ subditos mirum quantum exagitant. Nemo ferè eis tunc istis in locis resistebat, præter rusticos, quorum patientia fæpius lassa fiebat furor: in quo furore multi Lotharingici trucidati sunt. Die 28. Decembbris, sub horam 7. vespertinam, Suecicus Legatus, Marcus à Rhellingen, Argentorato discessit, cum comitatu suo. Tabernæ Alsaticæ à Vicedomino summâ diligentia muniebantur. Miles Cæsareanus, qui ex Episcopatu Metensi discesserat, ab Episcopo Argentinensi rursus conscriptus est.

*Equitum  
Spirensium  
eruptiones.* Equites Suecici, qui Spira commorabantur, rem fortiter gererant. An. 1631. Decembbris, Eysenthalensem villam, quæ ad Electoratum Palatinum pertinet, occuparunt, vt & paullò antè Germersheimum,

## S V E C I C A.

7

mium, Landauiam, VVeissenburgum. Vdenheimenses, siue Phi- An. 1632.  
lippiburgenses, Rheinhusi Rheno traecto, Suecicos equites, propè Spiram, de improviso aggredi conabantur. Quod cùm Præfecto Spirensi Horneckio nunciatum esset, statim is Vdenheimensibus obuiam processit, & quosdam vulnerauit, quosdam captiuos Spiram deduxit, cæteros Vdenhemium repetere coëgit. Non procul à Spirâ etiam Cancellaria Vdenheimensis à Suecicis intercepta fuit.

Die 7. Ianuarii, Anni 1632. Episcopus Heribolensis Coloniâ ad Christianissimum Regem Galliarum ablegatus est, ad eum permouendum, vt sese tanquam Mediator inter partes dissideentes in Imperio Romano interponat, & pacem diu exoptatam summo studio promoueat.

Die 12. Ianuarii, Cæstrei milites, qui Bobenhusum præsidio tenebant, locum Suecis dederunt. Eo ipso die Serenissimus Rex Sueciæ, cum dilectissima sua coniuge Regina Gelnhusium profectus est: cùm aliquantisper ibi commoratus fuisset, Francofurtum rediit, vbi ad eius Maestatem quotidie multi Principes, Comites, aliorumque Statuum Imperii Legati confluebant.

Cùm Lotharingici in Alsatia omnia incendiis & rapinis vastarent, Argentinenses iniquum id rati, sub ductu Capitanorum V. Veitzii, & Arnoldi Bouenistii, eruptionem fecerunt, & in pago Plessenheimio, quatuor signa Lotharingicorum inuaserunt, quosdam eorum occiderunt, quosdam captiuos abduxerunt, & præter 1000. equos optimam prædam Argentinam transportarunt. Vexillis, quæ Lotharingicis erpta fuerant, hæc erant inscripta:

I. Andromeda, vt pingi solet, ab alio latere poculum, quod Vulpes in fauibus tenebat, cum hac Inscriptione: *Forze fait plus que la finesse.*

II. Sol & Luna ab una parte, ab altera parte hæc verba: *Maria mater Dei ora pro nobis: cum effigie.*

Interea Braunenfelsium castrum acri obsidione cingebatur. Die 30. Ianuarii, Tribunus Cæsareanus Fridericus Huttenus, qui propè Grabium à Suecicis captus fuerat, Francofurtum ad Mœnum dedu- Etus est. Hispani etiam, qui ad Trorbacum & Treuerim Mosellam traiecerant, à Suecicis retrocedere compulsi sunt, aliquot vexillia amissis. Capitanus Marauillus, qui Manhemium castrum pigè defenderat, Heidelbergæ cum signifero suo capite truncatus fuit; & bona pars arcis Heidelbergensis incensa à Bauaricis militibus. Sere-

*Argentinæ-  
ses à Lotha-  
ringicis op-  
mam prædæ  
recipiunt.*

*Huttenus*

*tribunus*

*Cæsareanus*

*capitur.*

*Manhe'mæ-*

*sis præficia*

*Heidelbergæ*

*capite trun-*

*catur.*

An. 1632. Serenissimus Rex Bohemiae, Fridericus, Comes Palatinus Rhe-  
 Rx Bohe- ni, Sacri Romani Imperij Archidapifer Elector primarius, post de cen-  
 mia Frideri- nalem exilij patientiam, ex Belgio facto per Westphaliam, Hassiam,  
 cus Palati- & VVetterauiam itinere, 10. Februarij die, de improviso Hanouia  
 nus Elec- Francofurtum ad Mœnum appulit. Sequenti die Hœchstam ad Se-  
 tum ad Re- renissimum & Inuisitissimum Regem Sueciae profectus est: eoque i-  
 gem Suecia pso die sub vesperam cum Rege, & Regina Sueciae Francofurtum re-  
 diit. Negotia bellicata tunc aliquantisper cessabant, ob multas cau-  
 fas: nisi quod in Alsatia Suecici milites recenter collecti, facto per  
 Suecici mili- Argentinam itinere, oppida & pagos Alsatiae, Velefam, Appenve-  
 tes in Alsa- gerum, Griesheimum, Rommersvegerum, rapinis & incendiis mi-  
 tia grassan- ferè vastrarint, eò quod rusticæ Suecicos nonnullos interfecerant. Sed  
 tur. hos milites Illustrissimus Princeps Christianus, Comes Palatinus  
 Birckenfeldensis, paullò post ex Alsatia auocavit. In itinere in Staufen-  
 bergam arcem, quæ Iurisdictioni Marchionis Badensis Gulielmi  
 subiacet, irruptionem fecerunt, maximamque in ea prædam adepti  
 sunt.

*Spira fru-*  
*strâ à Cæsa-*  
*rianis tenta-*  
*tur.*

Die 13. Februarij Suecicus quidam Locumtenens, nomine Strasburger, Argentiniensis, Stollhouium occupauit; Rastatij ciuibis arma eripuit. Philippiburgenses, siue Vdenheimenses, Francotha- lenses, & Heidelbergenses præsidarij, Spiram, Vrbem Imperialem, astu intercipere, & diripere conabantur. Sed frustrâ. Cum Mon- nachi præditionis insimularentur, Claustris eorum omnibus milites Suecici impositi fuerunt, & vigiliae passim in Vrbis mœnibus melius constituta.

Die 16. Februarij, Serenissimus Rex Sueciae, Francofurto Mo-  
 guntiam abiit, inde copias Crucenaco Vrbi admouit, quod Hispani  
 tenebant. Rex Bohemiae Fridericus eum mox insequebatur, & Oppenhemij pernoctabat. VVürtenbergenses lati admodum fuerant,  
 quod à Cæsareanis Schorndorfii & alibi liberati essent. In illo etiam  
 Ducatu postmodum publicè pro Rege Sueciae milites conscribe-  
 bantur.

*VVil'stattii*  
*à Cæsarianis*  
*capti*  
*Crucenacū*  
*expugnat*  
*à Rege.*

Non procul ab Argentina, in Comitatu Hanouico Lichten-  
 bergenſi, oppidum VVilstattium, 18. die Februarij à Cæsareanis in-  
 terceptum fuit, præsidariis Suecicis interfectis, oppidoque & arce in-  
 censa. Lohra item ciuitate, Nassouiensis ditionis, Cæsareani potiti  
 sunt. Interea Rex Sueciae Crucenacum vrbem die 22. Februarij, ex-  
 pugnauit, & cuniculum sub arce egit, ea mente, vt igne immislo eam  
 cum

## S V E C I C A.

9

cum Hispanis disiceret. Id cùm Hispani viderent, deditio[n]em fe- An. 1632.  
cerunt, quibus Rex hanc gratiam fecit, vt eis licet cum sarcinis, im-  
pedimentis, & armis discederet. Multorum ciuium, qui sub ponte  
habitabant, ædes, in irruptione prima à Suecicis direpta fuerunt.

Crucenaco occupato, Rex Sueciæ, vt & paullò post Rex Bohe-  
miae, feliciter Francofurtum ad Mœnum redierunt. Die 25. Februa-  
tij ad Regem Sueciæ à Generale Auditore VVeissio Hispanus quidam  
Tribunus deductus fuit; qui cùm Coloniam tendere voluisse[t], vt mi-  
litem pro Cæsare conscriberet, in itinere à VVeissio illo Auditore de-  
tinebatur. Eo tempore quædam etiam Suecica signa Vrb[i] Haganoæ  
appropinquabant, sed à præsidiariis Cæsareanis repellebantur.

Dic 27. Februarij 700. Suecici milites Spiram aduentarunt, quos  
cives, Monachi, Aduocati & Procuratores, in ædes suas recipiebant.  
Francothalenses Hispani s[ecundu]s erupcionem faciebant, & Türkhe-  
mium, Dirmstenium, aliaq[ue]; vicina loca Electoralis Palatinatus diripi-  
bant. Idem faciebant Vdenheimenses præsidiarii alibi in vicinia. De-  
cem rustici Lauterburgenses, qui Vrb[i] Spiræ clanculum ignem immit-  
tere voluerūt, Spiram captiui deducti fuerunt. Braunenfelsium castrū  
Suecicis etiam per transactiōnem deditum fuit, Hispanis cum sarcis  
nisi loco egressi.

Interea etiam septem turmæ equitum, qui Heidelbergam sp[iritu]e de- Septem Tur-  
seruerunt, Vdenhemii Rheno traiecto, Haganoam salutis appulerunt. mæ Equitū  
In itinere nouos quosdā Suecicos milites equites & pedites, Lauter- Heidelbergæ  
burgi, instinctu & proditione ciuiū, profligarūt. Cum vero etiā litera- deserunt.  
proditoria horū ciuiū intercepta essent, præcipiu[s] eorum Landauiae  
laqueo suspensus est. Die 4. Martii tumultus Spiræ exorietbatur, ob Frā- Tumultus  
cothalenses Hispanos, qui ad portas esse dicebātur. Sed tamen sedatus Spira exori-  
fuit. In Brigoia quotidie multi Cæsariani milites colliguntur, qui in tur.  
Superiori Marchionatu incolis multum damni inferunt.

Dum h[ec] ad Rhenum & Mœnum fierent, Principes & Status in- Quæ post pu-  
terea inferioris Saxonie, conuētu Hamburgi habito, 6000. milites co- gnā Lipjen-  
scribere decreuerunt, qui se cum Suecicis coniungere quamprimum sem in Infer-  
deberent. Caput & Protector huius circuli constituebatur Serenissi- riori Sazo-  
mus Rex Sueciæ. zia, ad Vi-  
surgim, &  
vicinia fa-  
cta sint.

Illustrissimus Princeps Georgius, Lunenburgensis Dux, 200. Equi- Lunenburgē-  
tes, & 4. legiones peditum collegit, in subsidium iuxta Inferioris Sa- sis Dux con-  
soniae circuli, ac Ducis Megalopurgici.

Episcopus Bremensis quotidie etiā copias suas angebat, vt Cæsaria- scribit mili-  
nos res.

An. 1632. nos infestatet, qui tunc in illo tractu misere grassabantur. Reinacherus, Tribunus Cæsarianus, & Comes Cronefeldensis Verdam iam occuparant, & Episcopi Bremensis equites dissiparant.

*Ochsenster-*  
*nus Steti-*  
*num venit.* Die 16. Decembbris, Suecicus Cancellarius Ochsensternius, cum magno comitatu Stetinum venit, ubi honorifice exceptus fuit.

Ladgrauius Hassia Gulielmus, sub finē Decemb. An. 1631. per Marburgū, cū 11. turmis equitum, & 3. signis peditū, iter in Hassiam fecit. Ceteri Hassi milites per aliam viam in Hassiam rursus reducti sunt.

*Magdebur-*  
*gū obſider-*  
*ā Bannerio.* Interea Suecicus Archistrategus Bannerius, Magdeburgū, cum 32. turmis equitū & 11000. peditibus obsedit. Obsessi tūc annona & multis rebus necessariis destituebantur. Bannerius Vrbis vallum dies non cessq; tormentis quassabat. Episcopus verò Bremensis, adiutus à ciui bus 400. fortalitium munitum Burgum expugnauit, & Stadam à longinquō obsidere conabatur. Paullò post Vilmariam etiā à Suecicis recuperata fuit. Præsidiorum Cæsariani, sub præfecto Grammio egressi, in Silesiam abire debebant, ne ulterius Inferioris Saxoniae circulo detrimēto essent. Suecicæ copia, quæ Vilmariam recuperarunt, Visurgim versus contulerunt, vt se cum Episcopo Bremensi coniungerent: nempè Equitus Finlandicus, legiones itidem Todii, Kakeni, Leslii, & Duvaldi. Aliquot millia etiam Hamburgo appropinquarent. Sed Cæsareani naues omnes abstrahebant, vt transitum Suecicis impiderent. Reinacherus, Tribunus Cæsareanus, qui Stadæ Vrbi præfuit, in circumiacentibus locis copias Cæsarianas etiam colligebat.

*Episcopi Bre-*  
*mensis veli-*  
*tationis cum*  
*Cæsarianis.* Episcopus Bremensis habebat exercitum 8000. & Verdam, Retam, Ottersbergum, Steckam, recuperabat. Verda 5. Signa peditum, & una equitum turma imposita fuit. Cæsariani contra, sub ductu Comitis Cronefeldensis, Langenvedelium, & Bostelium, in quo erant 80. Bremenses, expugnarunt. Paullò post Cæsariani ad Visurgim 300. Bremenses itidem oppresserunt.

*Damitzium.* Die 21. Decemb. 1631. Cæsariani 600. qui Damitzii erant, loco egredi sunt, Horum 400. statim Illustissimo Duci Megalopurgico militarunt. 100. hinc inde dispersi sunt, & dissipati. Reliqui 100. Alibi traciebant. Pappenhemius, & Ponickhausius Tribunus, ex præsiis in Ducatu Brunsuicensi collectis copiis, Schöningam & Helmstädtum diripuerunt, & obuios quoq; trucidarunt; inde per veterem Marchiā Gartibium petierunt. Pönickhausius Magdeburgum concessit. Pappenhemius V Volffenbutelam rediit. Cum id Bannerio, Archistratego Suecico, nunciatus esset, Magdeburgo ille Calbam abiit, vt rebus suis melius consuleret. Paullò post Magdeburgum à Cæsareanis desertum,

&amp; à

& à Suecicis recuperatum fuit. Antequam Cæsariani abirent, reliquias An. 1632. Vrbis propterea vastarunt, & incendio delerunt: ita ut inclita & celebre- Magdebur-  
tima illa Vrbs Saxoniam nihil aliud ferè sit, quam cumulus lapidum gū à Cæsa-  
& cinerum: eiusq; ruina cum Troja & Hierosolymæ excidio merito  
comparati possit.

Cæsariani tunc tēporis in Episcopatu Bremensi pro lubitu grassabā. *Cæsariani*  
tur. Cronsfeldius & Reinacherus, post occupatum Clunersbo steliū, in Episcopa-  
Verdam iterum adorti sunt, turmanq; equitū Bremensium in fugam tu Bremensi  
coniecerunt. 2. Signa prædicti, qui se primō strenue defendebant, cum *grassantur*.  
farcinis & impedimentis salui abierunt: quemadmodū etiam Langē-  
vvedelii: atq; adeò omnes equites Bremenses trepidi fuga sibi salutem  
quaſiuerunt. Landgrauius interea Gulielmus V Varburgum expugna-  
uit. Pappenhemius Magdeburgum deserens, in Ducatu Brunsuicensi  
& Lunēburgensi subditis magnū terrorē in custerat: quippē qui Lu-  
nenburgam Vrbem vi expugnare conabatur, & V Volffenbutela mu-  
nimēta solo æquare, ac deſtruire. Ad Viſurgim omnia tubis ac tympa-  
nis circumstrebant, & Colonis incendiis & rapinis multum damni  
dabat. In Ducatu verò Megaloburgensi, post fugam Cæſarianorum,  
omnia pacata ac tranquilla erant. Pappenhemius Batterouiz cū de-  
geret, à ciuitate Brunsuicensi annonam petiit, quæ tamen propterea ipse  
denegata fuit. Dux verò Luneburgensis annonam cōcessit: pro remu-  
neratione Pappenhemius oppidum Borchdorffium, & quosdam eius  
pagos diripuit, & cū feminis libidines plus quam barbaras exercuit.  
V Volffenbutela Vrbi exiguum præſidium reliquit, 600. peditum, &  
100. equitum: & Hammeliam versus perrexit. Mox eum persecutus est  
Bannerius, Archistrategus Suecicus, quēadmodum etiā illustrissimus Suecici Pa-  
Dux Vinariensis. Landgrauius vero Gulielmus milites illos, qui Co-  
lonia auxilio venerant Pappenhemio, retrocedere coēgit. Illustrissi-  
m⁹ Princeps Vlricus, Sereniss. Regis Dania filius, duas legiones Wās-  
lepii cōscripsit. Præſidiarii V Viſmarienses, qui Cæſari militabant, & in Presidiarii  
Silesiam abire debebant, erant ferè 3000. Dum vero lis exoriretur in-  
ter Suecicum Præfectum Todium, & Grammum, Tribunum Cæſa-  
reum, qui Todio ministrum quandam trucidarat, retenti sunt, 500. eorū  
interfecti, 200. pro Rege Suecię conscripti, Grammius vero captiuus  
Gripsvaldium deducitus fuit: donec Generali Todio satisfaceret.  
Pauci Silesiam attigerunt.

Die 16. Ian. 1632. Illustriss. Princeps Vlricus, Sereniss. Regis Dania  
filius, cum Ehnhusio, ad Ducē Gottorpii deuenit, inde Sereniss. Ele-  
ctorē Saxoniam salutatus, ut legioni Bindtauffij, qui in prælio Lipsensi

An. 1632. occubuerat, præficeretur. In Inferiori Saxonia, castrorum Suecicorum Præfectus Todius propè Lunenburgum 9000. milites coegerat, non numeratis Illustrissimi Ducis Lunenburgici, & Episcopi Bremensis copiis. Landgrauius V. Vilhelmus ad Visurgim castra posuerat. Dux Vinariorum, & Bannierus Suecicus Archistrategus, Pappenhemium persequebantur, qui ad Visurgim prope Hammelam & Hœxteram stationem suā habebat. In Præfectura Vickesiæ, Signa peditū, qui Damitzio egressi fuerant, inuaserunt, 40. occiderunt. Cæteri vitæ gratiâ impetrarunt, & capti sunt. Bremenenses Verdam denuò occuparunt, ut & Langenvedelium. Suecicæ aliquot Equitum Turmæ, Albim traientes, coniunxerant secum Lunenburgicis copiis: qui Nienburgum obsidebât. Comes Mansfeldius, & Nerensis Dominus Coloniæ profecti sunt.

*Goslaria a-* Illustriſ. Dux Vinariensis Goslariam singulari stratagemate cepit. *stu capitul.*

Direptione Vrbis ciues magna pecunia summa redemerunt: cui 1000. præsidarii impositi fuerunt. Landgrauius Hassia Göttinga obsidione cinxerat. Generalis Todius, qui per aliquot septimanæ propè Lunenburgum & Bardwickum castra metatus fuerat, à Serenis. Rege Suecicæ illinc discedere iussus est. Suecici, qui in Brunsuicensi Ducatu, & Episcopatu Hildesheimensi degebant, ab illo Episcopatu maximæ pecunia vim efflagitarunt, qua nisi quamprimum in manus eorum tradetur, Episcopatui extremâ ruinâ & perniciem cominabantur. Steinbruckum, & Steurvaldium iã occuparant. Ad Visurgim omnia plena erant miseriarum, & horribilium vastationum. Pappenhemius à Lébgouiensibus, & Heruordiensibus hand exiguam pecunia summa extorsit. Copiæ suæ incolas miserè exagitabant in Comitatu Lippesi & Rauenpurgensi. In Nienburgum plures Cæsarani milites introducti fuerunt: quemadmodum etiam maior annona vberitas. Bremenenses equites, qui Verdam tenabant, quotidiè eruptiones faciebant, & Cæsarianos non paucos interficiebant, aut captiuos Verda adduxerant. Vinariensis Dux in Lohrenburgum propè Nordhemium irrupit; omnibus ferè Cæsarianis cæsis. V. Wolfenbutela Vrbs, in qua inerat Pœnickhausenius Tribunus, à Banniero, Archistratego Suecico a reta obsidione premebaratur. Abbatia Fuldensis, die 16. Februarii, Illustrissimo Principi Gulielmo, Landgrauio Hassia homagium præstirit. Göttingenes præsidarii, post obstinatum certamen, à Vinariensi Duce, superati fuerunt, & oppidum capti, in quo multi Cæsariani cæsi, Centurio Carthusius, cum signifero & subcenturione capti, & tria vexilla ablata: Nec multo post Duderstadtum, Nordhemium, Boxteludum, Vinariensisbus etiam traditum. Strada quotidie à Suecicis obequitabatur, &

*Turba ad* sclope-  
*Visurgim.*

etiam traditum. Strada quotidie à Suecicis obequitabatur, & sclope-

sclopotorum istib[us] infestabatur. Calenburgenses, aliisq[ue] in circuitu An. 1632.  
eodem mense Februario deditio[n]em fecerunt. Paderbornam Land-  
granius Hassiae in suam potestatē redigit, quam Pappenhemius sum-  
ma cura & studio recuperare conabatur.

Dum h[ec] fiunt, Serenissimus interea Saxoniz Elector non tantum *Saxonia. E-*  
Bohemiam armata manu inuasit, sed & metropolin Regni Pragā, cum *letter Bohes-*  
arce, mensi Nouembri, An. 1631. & circumiacentia oppida, & castella *miam inua-*  
*dit.* occupauit, magnamq[ue] prædam adeptus est. Inde Serenissimo Ele[ctori]  
iuxta, ac alii Principibus Protestantibus animus creuit, adeò vt omnia  
ferè potestati suæ subiicerent. Inde Pontifici Ecclesiastici iuxta ac alii  
præcipui Politici ex Bohemia & Austria fugiebant, & res suas in agum  
Tyrolensem & Italianum transportabant. Metuebant enim, ne Saxoniz  
Elector totum Bohemiæ Regnum, & Incorporatas Provincias, in potestatem suam breui temporis spatio redigeret: quippe qui  
videbant, maximam partem Cæsariani exercitus Bohemiam deseruif-  
fe, & subditos plerosq[ue] omnes, cū maximè agricultoras, Suecicis & Saxon-  
icis factum cupere. Rustici enim, obuios quosq[ue] Cæsarianos, à qui-  
bus miserè vexati fuerant, sine commiseratione trucidabant. Praga, *Quibus cō-*  
Regni Bohemiæ caput, Iohanni Georgio Arnhemio, castrorum Saxon-*ditionibus*  
nicorum Praefecto, his conditionibus tradita fuit. *Praga Saxon-icis fucris!*

I. Ut omnes Saxonici milites, quam primum in Vrbem introducti dedita,  
fuerint, pacatè & tranquillè se gererent, nec vlli vim iniustā inferrent.

II. Ut Pragenses ciuitates, vltterius non grauarentur, nec vlla Mo-  
nafteria, Collegia aut temp[or]a diriperentur: & ut Monachis, aliisq[ue] Ec-  
clesiasticis in Urbe libera mansio permitteretur, nec à militibus vlla  
iniuria afficerentur.

III. Quod ad Nobiles, & Magistratum trium ciuitatum attinet, vt  
hotum ædibus nulli milites imponerentur, nec vlla pecunia mulcta  
ab iis extorqueretur. Quod si forsan, præter opinionem à militibus  
ficeret, vt ab Arnhemio, vel alio Urbis Gubernatore defenderentur.

IV. Quia supradictæ ciuitates Pragenses enixe petierunt, vt homa-  
gium, quod Sac. Cæs. Maiestati præstiterunt, sartu testu permaneret, &  
cuius liberu[m] effet sine lytro discedere: Cōditio h[ec] ab Arnhemio qui-  
dem accepta fuit, donec à Sereniss. Ele[ctor]e Saxoniz aliud statueretur.

V. Quia Senatus Pragæ facultates ciuiu[m] quā optime cogniti essent,  
Huic permitteretur, vt milites in ædibus ciuiu[m] p[ro] arbitrio distribuerent.

VI. Ut Iudeis, non minus quam Christianis, libertas Religionis,  
& incolumenta vitæ ac bonorum concederetur.

VII. Ut tres Ciuitates Pragenses se[nt]ra Prote[ctor]ionis Sereniss. Ele[ctor]is.

An. 1632. Saxonie submitterent, quisque pacate viueret, nec seditionum ansas præberet, & omnia, quæ sub his conditionibus continentur, bona & integra fide, rata haberet. Ab utraque parte subscriptum fuerat.

*Iohannes Georgius Anhemijs. Antiqua. Noua. Minor.*

Elector Saxoniæ ipse met per aliquod tempus Pragæ cōmotabatur: & iuxta normam Augstanæ Confessionis verbum Dei prædicari iussit. Capita etiam eorum, quæ turri in laniera Pragensi affixa fuerant, eiusdem Celsitudinis iussu ablata, & terra honeste mandata sunt. Turensis Comes Budouitsium quasi obsidione cingebat. Saxonie copiæ Leitmerizium, Piseckium, VValnickium, Cosslinum, & Brandisium occuparunt. Rustici verò Postelbergiam, Feritum, Brustvaldium, & Auguditziū diripuerunt. Die 13. Decembris, An. 1631. 900. Saxonici equites & pedites Egræ Vrbi appropinquarent. Id cum rescuiisset Senatus Vrbis, Pontificia Religioni addicetus, habito conuentu deliberarunt, quibus mediis & rationibus Saxonis resisti posset. Ciues etiā ad arma vocati sunt. Sed nemo ferè cōparebat. Dum ita deliberaretur, à ciuibis interea, perfractis portis, Saxonici equitibus introitus in Vrbem patefactus est: quos statim pedites sequebantur, & ita Vrbe portiti sunt, inscio & inuito Senatu. Ciues post aliquot dies iuramentū preffiterunt, se vitâ, bona, & facultates suas omnes, pro salute Electoris Saxonie, & libertate Religionis, profusuros. Pontificiorum, vt & Iudeorum bona quæ in Vrbe latitabant, à militibus Saxonis spoliata sunt: cæteris ciuibis nulla vis illata.

Tunc temporis Hungati iugo Cæsareo se liberare satagebant: quapropter Cæsariani, qui in Bohemia & Silezia aduersus Saxonie Electorem militabat, summa celeritate pedē in Hungariā mouerunt, vt Hungaros ad obedientiā Cæsari præstandā vi adigerent. Cæsarianæ copiæ, quæ sub ductu Tribuni Götzii propè Preslaviam & Croissā, castra metatae fuerant, facta per Francosteinium, itinere, Morauiam, indè Hungariā petierunt, cum quibus sese cōiungere volebat Esterhasius, Hungarus Palatinus, cum 6000. Hungaris, & 1200. Equitibus. Hi passim subditis, qui Electori Saxonie fauebant, grauia damna rapinis & incendiis intrulerunt: à quibus propterea hostes declarati sunt. Baltasar de Marradas, qui Budouitsium tenebat, cum 22. signis, aduersus Saxonicos se impigre defendebat. Exules Pastores Euangelici in Bohemia & Silesia passim ad oues suas redibant. Hinc subditi tanto gaudio exultabant, vt Pontificios Monachos & Parochos, qui animarum saluti insidiabantur, ex oppidis & pagis expulerint, & priores suos pastores, qui à Pon-

*Pastores Euangelici in Bohemia & Silesia restituntur.*

## S V E C I C A.

15

ab Pontificis a seclis in exilium eie eti fuerant, in integrum restituerint: An. 1632.  
 confisi auxilio Electoris Saxonie. Francofurtum ad Viadrum summa industria a Sueciciis tunc vallis & fossis muniebatur, praesidio tamē exiguō ibi, quēadmodū etiā Cross, reliquo. In Bohemia Melincka, ad Albinum sita, vt & Creurza, Krahamera, Podbederera, Muddauia, multaq; alia oppida, in potestate Saxonie Electoris venerū: qui subditos Euangelicos ob fidem in constantia, patria pulsos, domum redire iussit: Senatusq; Pontificii Egræ, & Ellēbogii reformati, ne ab illis proderetur.

Tribunus Hofkirchius, qui Pragæ cum imperio præfuerat, habitis velitationibus leuioribus, non paucos Croatas obtruncavit. *Praga tu-*  
*Natalitio Pragæ* ingens tumultus exortus est, dum Cæsariani cum va-  
*lidis copiis* ad portas esse diceretur: Sed is industria Hofkirchii Tribu-  
 ni facile sedatus fuit: quippè qui facta eruptione Cæsarianos alaci &  
 forti animo ab Urbe repulit. Paullò post plures Saxonici milites Bohe-  
 miæ intrabant, vt Cæsarianos expellerent. Interea Cæsariani Equites  
 Tribuni Steinauui, ex improviso Rakonitsii adorti, plerosq; omnes in-  
 teremerunt, illisq; 2. vexilla eripuerunt.

Interea in Austria & Moravia, Albertus Dux Fridlandiæ magnâ mi-  
 litum manum pro Cæsare cogebat, ea mēte vt Saxonicos Regno Bohe-  
 miæ rursus detinerarer. Pōtificiæ Ligæ socii Ingolstadii mēse Ianuatio,  
 An. 1632. cōuentum celebrabant, in quo decretū fuit, vt 18000. milites  
 cōscirberentur, qui sub Imperio Pappachemii Protestatiūm Principum  
 copias in Imp. Romano passim infestarent. Ad eā expeditionem felicius  
 promouendā, multi Magnates & Proceres, intra & extra Imperii  
 fines, Pōtificiæ Religioni addicti, ingentē pecunie vim exhibebat. Gal. *Velitationes*:  
 laius, Tribunus Cæsareanus, vt & Comes Sulzensis, cū aliquot 1000. *Saxoniorū*  
 militibus Pragæ indies magis magisq; appropinquarent. Hōs vt retraheret Saxonie Elector, aliquot legiones Pilsnā ablegauit. *Pragæ* multi  
 Religionem Euangelicā denuo amplectabantur. Cæsariani in Austria,  
 potissimum, & aliis hæreditariis Cæsariis prouinciis hærebāt. In tractu  
 Egrano, Cæsariani Schlackenwaldum de improviso inuadere, diri-  
 pere, & incendio vastare, in animo habebāt: Sed his præuenierunt Saxonici, qui Cæsarianos repulerunt. Egra Urbs vt præsidio Saxonico li-  
 beraretur, ab Electore impense efflagitabat. Mensē Ianuarii huius anni  
 1632. Cæsariani quotidie fere Pragæ copias ad mouere satagebant. Sed  
 Saxonici adeo fortiter eos retrocedere cōpulerunt, vt omnis eorū co-  
 natus esset irritus. Rustici etiā Bohemi ad Suecorum & Saxonum par-  
 tes valde inclinare cōperant, & Cæsarianos præsertim Croatas, nači,  
 quando iis superiores euaserant, Pragā eos captiuos abduxerunt. Tria  
 signa.

## A R M A

16

An. 1632. signa Wallonum, qui s. turmas equitū Tribuni Steinauii Rakonitzii prius profligarant, ad portas fere Pragenses à Bindtauffisib[us] omnes concisi sunt. Pragæ milites Saxonici vatiis morborum generibus lababant. Ciues verò fame, inopia, aliiq[ue]; difficultatibus, adeo premebantur, vt nō pauci lares & recta sua relinquere maluerint, quā onus illud militare Ätna grauius diutius perferre. Paullo post Iesuitæ è Regno Bohemæ eiiciebantur. Cæteris verò Monachis & Pontificiis nulla vis illata. Serenissimus Elector Saxonie Patrem Alexium, Virum docetum & prudentem, mensæ sua sapientia adhibebat, & cum eo amicè colloquebatur. Quia vero nonnulli Monachi cum Iesuitis postea in perniciem Saxonie Electoris cōspirabant, Regno Bohemæ itidē excedere iussi sunt, quidam arresto detenti sunt. Die 10. & 11. Ian. ex Moravia multi milites aduentabant; qui Pragam præterierunt. Fridlandiæ Dux, in Austria & alibi quotidie copias suas adaugebat. Saxonici vero ex Bohemia in Silesiam crebras excursiones faciebant, non sine damno subditorum. Ad Saxoniorum impetum sustinendum Croatæ se impares sentiebant, quippe qui passim à Saxonis, prædæ cupidis, aut capiebantur, aut trucidabantur. Dux Fridlandiæ coegerat 20000. pedites, & aliquot 1000. equitum: omnibusq[ue]; Tribunis & centurionibus serio mādauit, vt ad ultimum Martii legiones, & signa cōpleta haberet. Presburgo Cardinalis Bassemannus Romam ad Papam missus est, vt auxilium eius imploraret aduersus Regem Sueciæ, & suos cōfederatos Euangelicos. In eum finem Gradiscensis Praefectus Rabbata ad Genuenes, & alios Italiae Principes alegatus fuit.

*Saxonici  
impetu quo  
tidianu[m]  
fa-  
ciunt in  
Croatas.*

10. Febr. die Pragæ sermo ferebatur, hostem summis viribus Brandisum intercipere velle. Quapropter Hofkirchius Tribunus eruptio ne facta, hostes à Brandisio repulit, quosdam Croatas occidit, alios captiuos Pragam duxit. Saxonici alibi etiam in Croatas quotidiè fere impetum faciebant, & abiis opimam prædam recipiebant: ad Brandisum vltra 300. Croatas neciabant, & totam legionem dissipabant.

XI. Febr. die, Cæsariani in Albo Monte prope Pragam comparebant, rusticos, & pagos eorum expilabant. Sed Pragenses horum incursiones nihil faciebant, etiamq[ue] Pontifici Pragæ degentes iam letabundi Cæsarianis victoriæ certo desponderent. Don Balthasar de Maradas, cum 8000. Cæsarianis Bohemiæ fines ingressus, 13. Febr. Saatzii, proditione quorundam ciuium, occupauit, ciues & milites plerosq[ue]; omnes interfecit. Croatæ foeminas & virgines ad nefanda stupra rapuerunt. Ob hanc irruptionem Saxonici in summa trepidatione vertabantur. Nisi enim Cæsariani niue impediti fuissent, Misnia tunc facile

*Saatzii oc-  
cupatur à  
Cæsarianis.*

## S V E C I C A.

17

cile invadere potuissent. Posthac Cæsariani Kadam quoq; intercepte- An. 1631.  
runt, & Sylvas concidi iussent, vt arboribus obiectis aditum vterio-  
rem Saxonis in Bohemiam intercluderent. Et hæc quidem mala ex  
nimia securitate Saxoniorum exoriebantur: qui dum securi nihil ho-  
stile metuerent, à Cæsarianis ferè penitus oppressi fuissent. Pragæ iti-  
dem adeo Ciues exagitabant, vt 1700. ædes vacuae paullò post : eper-  
tæ fuerint. Torgavii Serenissimi Electores, Saxo & Brandenburgicus  
conuenerant, de grauissimis rebus deliberatui. Ad eum conuentum  
ablegati quoq; fuerunt, Cæsariani, Suecici, & Inferioris Saxoniæ Le-  
gati. Cæsariani nil nisi pacem in ore habebant: Sed à Protestantibus  
Confederatis sumptus bellici repetebantur, quos Cæsar refundere  
nunquam poterit. Die 24. Febr. 400. Poloni, prope Soltchanum, 7.  
milliaribus à Praga, traecto fluvio, Pilsham versus properarunt. Prope  
Koenigsalium 700. itidem Croatæ compatebant, quos Hofkirchiani  
milites in fugam coniecerunt. Pragæ tunc 400. Scalae præparabantur,  
vt si forsitan incendium exorieretur, vñi & emolumento ciuibis esse  
possent.

Sub initium mensis Martii, 20000. Cæsariani in Moravia, Prinnaæ, Znaimi, & Olomutzi confuebant, ea mente, vt Pragam, Regni Bo- hemiæ Metropolin, quanto cius summum adorinentur, & recuperare Alberto Duci Fridlandiæ, Exercitus Cæsariani summo Praefecto, aurei montes promittebantur, si vi etiam à Saxonis reportare, eosq; Bo- hemia rursus deturbare posset: In hunc finem multa tormenta ex Sile- siacis armamentariis aduehebantur. Bintauffius Tribunus & summus Bindtauffius vigilum Praefetus, qui in Lipsensi pugna pro patria fortiter occubuit, Tribunus die 29. Febr. Torgauii honorifice admodum terræ mandatus fuit. Exe- quis eius interfuerunt, Serenissimi Electores, Saxo & Brandenburgi- cus, Christianus V. Regni Daniæ hæres, aliiq; Proceres, & magnus No- bilium numerus. Concionem funebrem habuit Doctor Matthias Hoë, Aulicus Concionator.

Dum hæc in Bohemia post Lipsense prælium à Saxonis fiunt, Li- gistiæ interea mense Nouem, An. 1631. Landshuti cōuentum celebra- runt, in quo decretum fuit, vt à Bauariæ Duce, & aliis Pontificiæ Ligæ sociis validus exercitus aduersus Regem Sueciæ conscriberetur. Ratis- ponæ & alibi ciuibis serio interdicebatur, ne de bellicis negotiis vñlos rumores spargerent. Rex vero Sueciæ Franconia circulo saluum con- ductum concessit. Arcem Herbipolensem, Carlo stadium, vallis & fos- sis firmius aduersus vim hostilem muniti curauit. Tillius Generalis, cū Altringero Duce, & Pappenheimensibus mense Decembri, Norin-

c ber-



An. 1632. bergam cum copiis præteriit: quas Norinbergenses tormentis suis ab Urbe repellebant. Tillius, cum Donavverde cum Bauariae Ducis Legatis de rebus grauissimis cōsultationem habuisset, copias suas in tres partes distribuit: quarum prima, Altringero Duce, Bohemiam intrare, altera Sueviam inuadere, tercia sub ductu suo in Bauaria permanere deberet. Equitatum habebat elegantem, sed peditatum exiguum & infirmum. In itinere, ab Anspaco ad Gunsbachium usq;, multos ægritos, & mortuos post se reliquit. Norinbergenses à partibus Serenissimi Regis Sueciae in posterum se futuros aperte profitebantur, & Cæsarianos hostes suos declarabant. Hasfurdia tunc temporis multi Cæsariani confluebant, vt in Episcopatu Bambergensi lustrarentur. Norinbergæ quinque legiones Suecicæ imponebantur, sub ductu Tribuni Slammersdorffii. Aderant ibidem Illustres & Generosi Comites Solmenses, Gulielmus, Henricus, & Iohannes Georgius: vt & duo Comites Hohenloënses. Tilliani quoque milites non pauci ex castris Norinbergam transfigiebant, Regi Sueciae militaturi. Ideoque à Comite Solmensi conscribebantur. Posteaquam Tillius, exercitus Cæsariani Generalis, Miltzburgi ditionem sepius expostulasset; aut trium aliatum ciuitatum, nempe Kreilshemii, Onolsbaci, & Rotenhemii: deditio illa, ægredicet, 24. Ianuarii, An. 1632. facta est, præsidio 300. Tillianorum, sub Iuniori Pappenhemio, imposito. Paullò post 1000. Equires Cæsariani, & 300. pedites, sub ductu Lavvenburgici Principis, in Augustanos pagos se receperunt, vt ibi per tres menses in hybernis permanerent. Tormenta Donavverda rclinquebantur. Augustana quidem Vrbs nullos milites præsidariatos intromisit, annonam tamen, aliaque ad vietum necessaria, Cæsarianis concessit. Altringerus quoque Norinberga discessit, & omnia loca deseruit: traciebatq; Danubio Augustam petuit, vt ibi omnia rectius ordinaret, & milites in Episcopatu illo, & Fuggerianis ditionibus conuocaret. Ipse met Altringerus Nordlingæ commorabatur, maxima pars exercitus Lichtenauii, Nouofori, Ambeigæ, Saltzbaci, & Welsburgi: quorum numerus indies magis ac magis angebatur.

Norinbergenses in munienda Vrbe sua, & vallo ac munimentis ædificandis sumمام diligentiam adhibuerunt. Illust. Comes Solmensis Norinbergam cum aliquot 1000. egressus est, vt se cum Vinariensi Duce cōiungeret, qui cū 4000. Equitibus & 8000. Peditibus per Memmingam iter faciebat. Castrorum vero Suecorum Praefectus, Gustavius Hornius, Wintzhemii in Franconia copias suas cōtraxit, vt in Episcopatu Bambergensi irruptionem faceret. Marchio iidem

*Norinbergenses stant a Regis Sueciae parte*

*Miltzbur-*  
*gum deditur*  
*Tillio.*

*Cæsariani*  
*in Augustan-*  
*nos pagos se*  
*recepunt:*

itidem Brandenburgēsis Iohannes Georgius, pro Rege Suecīa milites An. 16, 2.  
colligere cæperat. Bauariæ Dux interea non cessabat rusticorū suorum  
agmina cōflare. Sed pauci exercitati milites in eius castris militare vo-  
lebāt. Tillius Generalis Ambergā Nordlingā rediit. Comes Sultensis  
VVeydā degebāt, & in vicinia milites suos collocabat. Merodicæ &  
Bredauicē legiones Aurbaci, Chēnati, Pressati, & Gratiē vverdē cōmo-  
rabāt, alii etiā Turcenreichii. Saxonici verò in tractu Egrano conside-  
bāt: & neutra pars alterā velitationib. & incusionib. lacessere audebat.

Die 14. Ian. Suecicorū castrorū Præfetus, Gustaus Hornius, Ipho-  
rium, propè Kitzingā, cū multis 1000. militū & aliquot tormentis per-  
uenit. Suecici Guntzehaliū quoq;, nō procul ab Onolsbaco, occupa-  
rūt. In superiori Palatinatu miserrimus erat Ecclesiæ & Reipubl. status.  
T illi n. nomine, Cratzius Tribunus terū ibi plenariè potiebatur: qui  
subditos misere vexabat. Ambergā militibus repleta fuerat; nec vlli ci-  
tuū ex Urbe egressus cōcedebatur, nisi prius certum quoddā signū de-  
poneret. Die 17. Ian. Altringerius Augustā venit, & aliquoties cum Cō-  
missario Ossa de negotiis bellicis collocutus est. Quia verò finis indu-  
ciarum instabat, Gustaus Hornius, Suecicorum castrorum præfetus,  
Schvveinfurti magnum militū numerum conuocauit, vt Bambergensem  
Episcopatum, à Vinariensis Ducis copiis adiutus, hostiliter inua-  
deret. Die 22. Ianuarii Suecici Bambergam aggressi præsidarios Cæ-  
sarianos mirum quantum perte refaciebant.

Die 29. Ian. Hæchstättiū in potestate Regis Suecīa redactum fuit, <sup>Hæchstättiū</sup>  
patiis militibus in oppugnatione desideratis. Cæsariani, qui illicerāt, & Bäberga  
ad vnum fere omnes, operam suam Regi addixerunt. Calēdis Februa- <sup>occupantur.</sup>  
rii Bambergā itidem à Suecicis occupata fuit, antequā Gustaus Hor-  
nius aduentaret. Præsidarii Cæsareani Forchhemium abierunt. Paul-  
lo post Cratzius, Ttribunus Bauaricus, Rei Tormentariae Præfetus,  
cum 3000. militibus, & aliquot tormentis ex Superiori Palatinatu, cū  
Comite Sultensi, VVeyda discessit, vt periclitanti Forchhemio suc-  
curreret. Sed quoniā Episcopus Bambergensis, cum Comitatu illis <sup>Episcopatus</sup>  
obuiam processerat, Aubacum trepidi retrocesserunt. Episcopus ille, Bambergens-  
is, Februario, Vilseckum venit, & sequenti die Ambergam profectus sis in Beau-  
est, inde Ratisbonam, & Bauariam petiit. Propter continuas pluuias riam fugit.  
Hornius tunc temporis nō memorabile efficeret poterat. Equitatus ta-  
men eius quotidie Forchheimenses infestabat, & eruptiones illorum Forchheimiū  
impediebat. Præsidarii illi, vt & rusticī Bambergenses, in munitioni <sup>à Suecīa</sup>  
bus faciendis erant occupati: quemadmodū etiā Cronacenses: à Tillio infestatur.  
enim & Cratzio promissum auxilium aude exspectabant. Interea

An. 1632. Bambergenses Serenis. Regi Sueciae fidelitatis iuramentum præstiterunt. Monachis vero aliisq; Pontificiæ Religioni nulla vis inferebatur. In templo tamen Cathedrali Euangelici Ministri Conciones habebat. Episc. Bambergensis, Tillius Generalis, & Cratzius, Rei tormentariae Praefectus, Ambergæ conuenierant. In superiori illo Palatinatu quotidie maiores copiaæ Cæsarianæ confluebant, vt Forchhemium, si obserderetur, à Suecicorum fauicibus eriperent: cui validum præsidium impositum fuerat. Interea Bambergæ Suecicorum castrorum Praefectus, Gustaus Hornius, 24000. milites coegerat, omnes ad pænulum committendum paratos, si sese hostis offerret.

Die 22. Febr. Tillianus Equitatus, qui in superiori Palatinatu fuerat, Nouoforum ad Generalem Tillium perrexit. Gustauui Hornii Tormæta Bambergæ ad Forchhemium expugnandum præparabantur. Nouoforo relicto, Tilliani Norinbergam versus iter instituerunt: vt Bambergensem Episcopatum Suecicis eriperent. Die 24. Februarii Tillius Generalis Altdorfium occupauit. Ipse met cum Altringero, Cronbergio, & aliis Tribunis, in arce hospitium habuit: ciues, & studiosos, vt & Professores nulla molestia affecit: sed omni benevolentia cōplexus est. Exercitus Tillianus Altdorffio præterito, cū 22. tormentis in Episcopatum Bambergensem properauit. Die 27. Febr. Tillius, Forchhemiu ingressus est. Adducebat autē 10000. milites, præter 8000. Bauaros rusticos, qui inter legiones cæteras distributi fuerunt. Aldotfij, Lauffæ, & alibi præsidarios milites reliquit, qui sub sequentes Bauaros à de prædationibus arcerent. Auditio Tillii aduentu, quomodo & quare, Bambergæ à Campi-Marschallo Suecico, Gustauo Hornio, reliata fuerit, & in potestatem Cæsarianorum iterum deuenierit, ex hisce literis Hornii ad bellicosissimū Regé Sueciae cōscriptis, cognosci potest:

*Tyllius  
Forchhe-  
mum in-  
greditur.*

*Bambergæ  
recuperatur  
à Cæsaria-  
nis.*

Serenissime, & Potentiiss. Rex: &c. Vt Regia Vestra Maiestas certò perspiciat, quare & quomodo Bambergæ dereliquerim, primū sciendū est: Bambergæ Vitem, locum esse diffusile, in diuersa quasi oppida distingū, sed apertum, & parum aduersus vim hostilem munitū, adhæc montibus diuersis subiectum: adeo ut ego, cum præcipuis aliquot Tribunis sapius dubitauerim, an huic Vrbi præsidium imponere debeat, si de hostis aduentu rumor aduolaret. Sed cum alia grauiores causæ interuenerint, cur locus iste tam facile à nobis deseriri non oporteat, præsertim cum Illustriss. Princeps Gulielmus, Dux Vinariensis, auxiliatri-ces manus certo certius pollicitus fuisset: ideoq; Vrbs vallis & fossis cōmuni ri cæpta est, & vnicuiq; legioni sua certa portio assignata, quæ laborem veteranæ legiones, & harum Praefecti, diligenter & strenue virge-

## S V E C I C A.

21

urgebant: & fortasse res melius cecidisset, si Solmensis legionis Prae- An. 1632.  
 Et laboribus pariter assuefacti fuissent, &c, licet serio admoniti, in per-  
 ficiendo & consummando suo opere haud segnes fuissent. Cum itaq; 28.  
 Febr. die, post meridiē, intra 12. & 1. horā, hostem cum aliquot equiti-  
 bus Vrbi appropinquare, milii significaretur, omnes nostros milites ad  
 arma conclamaui. Comitem Solmensem ad vigilias Equitum ablega-  
 ui, ut impediret, ne cum hoste configerent. Comes iste munitiones  
 obequitavit, & milites impense hortabatur, ut quæ nondum perfec-  
 erant, quantocius summo studio absoluuerent. Inter ea etiam Baudisseni  
 legioni Equitum, quæ tunc sola Vrbem intrauerat, per Dominum  
 Kochtitzkiū significauit, ut ad hostis imperium sustinēdum prompti  
 ac parati essent. Quia vero Kochtitzkius ex Praefectis neminem in Ur-  
 be inueniebat, voluntatem meam ille per equitem quendam Bila-  
 uio subpræfecto aperuit. Sed is rem aliter intellexit, adeoque  
 effecit, ut Baudisseni legio in apertum campum procederet, non lon-  
 ge à sylua, in qua hostis lacitabat. Paullò post cum ipsemet ad vigilias  
 Equitum excederem, & supradictam legionem, præter opinionem  
 meam, vltierius progresiam inuenirem, facile iudicare poteram, illam  
 non solum in summo periculo versari, sed etiam confusionibus ansam  
 præbituram, si ab hostibus, quod postea accidit, in fugam cōiceretur.  
 Quapropter totus in eo fueran occupatus, vt Baudissenam legionem  
 in suburbium retraherem. Inter ea cum nihil adhuc certi de hostiū nu-  
 mero & aduentu cognosceretur, nisi quod equites quidā Tylliani ante  
 Syluam discursarē: e quidē cum Comite Solmensi legionibus singu-  
 lis suas stationes assignabā. Mox nostrorum Equitum nonnulli, quos  
 ad hostis conatum explorandum emiserā, redeunt, & annunciant, ho-  
 stis copias summis viribus Bambergæ Vrbi appropinquare. Itaq; Bila-  
 uio Pro-Tribuno mandaui, ut recederet, & Solmensium Opus nondū  
 absolutum occuparet, militesq; laborantes defenderet. Et hic quidē  
 mādato paruit, sed dum retrocederet, ab hostibus fugatus est: quæ res  
 tantum timorem Solmensibus incussit, vt stationes suas trepidi mox  
 deseruerint. Etiam si vero ego & Comes Solmensis, milites cedentes  
 reuocauerimus, & hostem aliquoties repulerimus tandem tamen,  
 Solmenses ponte præterito in Vrbem se recuperent. Solmensis Comes,  
 qui fugientes suos in aciem reducere frustra conabatur, vulnus in cru-  
 re accepit. Hostis itaq;, ponte superato, sub duellu Fahrensbachii, im-  
 petum in Vrbem faciebat: quem tamen non sine sanguine & iactura  
 suorum, iterum repuli, & ponte recuperato, atq; abiecto, cum hoste  
 tantisper colloquium habui, donec impedimenta nostra p̄miserim,

c 3

&amp;c

## A R M A

22

An. 1632. & omnia tormenta, aliaq; bellica instrumenta, & commeatum in naues deportari curauerim. Post hæc cum peditatu, & Baudissena legio-ne, Bambergia in hostium manibus derelicta, bono ordine, Eltmannū versus iter feci, & alteram partem Mœnani tractus occupauai. Croatæ quidem nostros à longinquo persequuti sunt, sed nullum damnum intulerunt. Cæteræ nostra Equitum legiones Halstattiano ponte incen-so, Hasfurtum properarunt: quo in loco exercitum nostrum recolle-gi. Quia verò sub diti & incolæ Episcopatus Bambergensis omnia sub-sidia hostibus subiuntrabant, facile illi Pontem Halstattiarum repa-rarunt, & 2. Martij die cum aliquo equitum legionibus haud procul ab Hasfurto sese nostris obiecerunt. Interea cum de hostium conati-bus certior factus fuisset, e quidecum de improviso cum equitatu meo Oberheydij summo manè Planckhartianam, & Merodicam legionem inuasi, ac proflus dissipau: duobus vexillis hostibus ereptis. Quidam etiam, pago incenso, igne deleti & extinti sunt. Croatæ vero, cum id cognolcerent, in trajectu Mœnani fluminis non pauci submersi sunt; alij, qui in Montibus salutem querente volebant, à nostris casis sunt: cæ-teri in pago Staffelbachio cœmiterium occupauit muris circumdata. Sed cū his auxiliū in procinctu esse diceretur, castra propè Hasfurtum repeti: in qua cum hostes 4. Martii die impetu facere vellent, impe-dimenta mea Sueinfurtum præmisisti, & paullò post cum copiis nostris, sine ullius militis iactura, secutus, in oppido illo firmum præsidium reli-qui, Caroli videlicet Hordii, Truchsesii, & Comitis Solmensis legio-nes: equitatum verò in pagis vicinis distributum collocaui, cum reli-quo peditatu Geltershemii castra posui, anxius & sollicitus de hostiū actionibus, & intentionibus. Dabā Geltershemii, die 7. Martii An. 1632.

Rex Suecia  
in Episcopatu  
Bambergen-  
sem iter  
facit.

Cum vero Serenissimus Rex Suecia has literas accepisset, vt suis copiis in Episcopatu Bambergensi laborantibus, summa celeritate suc-curreret, Francofurto Moguntiam discessit, & rebus omnibus refec- & ordine ibi dispositis, cum valido equitatu & peditatu facto per Steinheimium, Aschaffenburgum itinere, cum Serenissimo Rege Bo-hemiae Friderico, Eleætore Palatino, in Episcopatum Bambergensem perrexit, & se cum Gustavo Hornio, Suecicorum castrorum præfecto, Illustrissimo Duce Vinariensi Gulielmo, & Baniero Archistratego cō-iunxit, hostibusq; quotidie magis ac magis appropinquauit. Quid ve-ro Regia sua Maiestas, cum Deo, & vietricibus suis armis, porro ag-gressura, & effectura sit, deinceps Lectori beniuolo itidem fideliter communicabitur.

Cæterum cum difficilimis & pericolosis hilce belli Germanici tem-pori-

poribus, commercia passim impeditur, rustici in agris, & alii pere- An. 1632.  
griantes vbiuis à militibus spoliarentur & vexarentur: Serenissimus Rex Sueciae:  
Rex Sueciæ, vt bonum publicum rectius promoueret, & hoc malū a mercatori-  
uerteret, publica edita promulgati curauit, in quibus militibus suis bus liberum  
ad vnum omnibus serio mandauit, vt omnibus ad nundinas Franco-  
furtenses tendentibus mercatoribus, hostibus iuxta atq; amicis, Chri-  
stianis ac Iudæis, liberum commerciorum vsum permitteret, nem-  
inem in via bonis suis vlo modo exuerent, nec vlli rustico, agrum suum  
coleti vim atque iniuriam vel minimam inferret. Quod nisi fecerint,  
debitam inobedientiæ poenam interminatus est.

Deus Optimus Maximus, Serenissimo & Victorioso huic Sueciæ  
Regi, Germanicæ libertatis Vindicti acerimo, diuinam suam gratiam,  
& memorabiles triumphos porro largiatur, eumq; ab omni periculo,  
clandestino & aperto, incolumem conseruet: Cæterorum etiam E-  
uangelicorum Regum, Eleætorum, Principum, ac Statuum animis  
concordiam inserat, qua commune malum propulsent, &  
hostes à ceruicibus Euangelicorum forti-  
ter repellant.

F I N I S.



卷之三

Nd 614.

8-

ULB Halle  
004 144 775

3



56



B.I.G.

|    |                        |                     |
|----|------------------------|---------------------|
| 1  | Blue                   | Black               |
| 2  | Cyan                   | White               |
| 3  | Green                  | 3/Color             |
| 4  | Yellow                 | Magenta             |
| 5  | Red                    | 3/Color             |
| 6  | Orange                 | White               |
| 7  | Pink                   | Black               |
| 8  | Light Blue             | Dark Blue           |
| 9  | Light Green            | Dark Green          |
| 10 | Light Yellow           | Dark Yellow         |
| 11 | Light Red              | Dark Red            |
| 12 | Light Orange           | Dark Orange         |
| 13 | Light Pink             | Dark Pink           |
| 14 | Light Light Blue       | Dark Dark Blue      |
| 15 | Light Light Green      | Dark Dark Green     |
| 16 | Light Light Yellow     | Dark Dark Yellow    |
| 17 | Light Light Red        | Dark Dark Red       |
| 18 | Light Light Orange     | Dark Dark Orange    |
| 19 | Light Light Pink       | Dark Dark Pink      |
| 20 | Light Light Light Blue | Dark Dark Dark Blue |

## Farbkarte #13

*W. v. der Gruen* 2

# ORVM CORVM NVATIO:

in quâ

*RIBVNTVR OMNIA EA,  
simo Rege Suecia Gustavo ADOL-  
FVS Protestantibus Confœderatis,  
sem, in Imperio Romano me-  
digna gesta sunt.*



Friderici Hulsij,  
e Francofurtensis.  
MDC XXXII.